GRAMMATICA
GERMANICA
BREVIS
&
ARTIFICIOSA.



VARSAVIÆ
Typis S. R. M. & Reipublicæ, in Collegio
Scholarum Piarum.

Annô M. DCC. XLV.

Ad Lectorem.

Quamvis prodierint multi ſuper arte loquendi

Authores, nihil id, lector obeſſe puta.

Certè quo plures aderunt, te plura docebunt.

Arte etenim fruſtra nemo laborat in hac.

Idcirco hanc etiam velis intentare per artem.

Si prodeſſe putas hoc Idioma tibi.

At poſtquam in lingva fueris bene Teuto peritus,

Adverſum Authorem verba coerce tuum.

Compendium huius libelli.

In I. inſtructione præmitto orthographiã germanicã.

In II. ago de articulis, eorumq; inflexionibus, declinationibus nominum ſubſtantivorũ & adjectivorum.

In III. aliquas obſervationes de verbo, item auxiliariam & conjugationum formas expono.

In IV. Syntaxim Germanicã ad 11. puncta reduco, cum tamen inter hæc ordo Grammaticus quaſi anima ſit, placuit hoc loci fundamentalẽ inſtructionẽ præmittere, quæ talis: ut in cõſtructione activa, primo Nõ: 2dò auxiliare 3tiò Dat: 4tò caſus præpoſitionis 5tò Ac: 6tô negatio 7mò Verbum ponatur, v g, 1 der ſchuſter 2 hat 3 mir 4 dieſen morgen 5 meine ſchue 6 nicht 7 gebracht, *ſutor mihi hoc mane mea calceamenta non tulit. Si part:* es *ad initiũ ponatur Nom: poſt auxil: & Dat: ſequetur, ut* 1 Es 2 hat 3 mir 4 der ſchumacher 5 meine ſchue 6 heint morgen 7 nit 8 gebracht, *ſi fiat interrogatiò etiam Nom: verbo poſtponetur* vg. 1 warumb 2 ſcreibet 3 er 4 nit 5 briefe *quare non ſcribit literas, quando adeſt conjunctio* wan, daſ obwolen, obſchon &c. *hæc Nom: præponetur, ut* 1 obſchon 2 ich 3 zu dir 4 nit 5 gekomen 6 bin, *quamvis ad te non veni &c: & hoc de activa cõſtruct.*

In Paſſiva 1 Nom: 2 Auxiliare 3 Abl: 4 Caſus præ: 5 Verbum locatur, vg. 1 ich 2 werde 3 von allẽ 4 wegen meiner aufrichtigkeit 5 geliebet, *amor ab õnibus ob meam ſinceritatem, v.* 1 Nom: 2 *Aux:* 3 *Dat:* 4 *Caſus præp: v. Adver:* 5 *Abl:* 6 *Ver: ut* 1 dieſes pferd 2 iſt 3 mir 4 heünt 5 von dẽ vatter 6 geſchenckt wordẽ, *hic equus mihi hodie à patre eſt donatus. Quod ſi part:* mã *uti velis, dices,* 1 mã 2 hat 3 mir 4 einẽ degẽ 5 gekauft, *emebatur mihi gladius, & tandẽ de Cõtractiõibus germãicis, ad finẽ etiam notitiã aliquã acquires.*

in

In V. & ultima habes vocabularium per artificium Arithmeticum in 18 Classes distributum.

Id nunc unicè opto Tyronibus, ut (quia vivæ Professorum voces mutis Præceptoribus, sive libris scriptis præstant) hæc paucula præcepta profectum in hac lingva sumere cõtendentibus sæpius ab alio explicentur v. perlegantur, sic enim & altius vocabula & dispositio animo memoriæq; imprimetur & facilius ab eis constructio in proposita quavis materia pronunciabitur.

Hippolytus. Iosephus Schwartzer M. S. P.

INSTRUCTIO I. ORTHOGRAPHICA.

De pronuntiatione literarum in Germanico Idiomate.

Literæ, quæ animadversione quapiam indigent, sunt hæ, quæ sequuntur.

á PUncto notatum legitur e ut *die kálte* scribitur, & pronuntiatur, quasi scriberetur: *die kelte frigus.* Idem observandũ in plurali in nominibus substantiv s monosylabis in singulari in *a* exeuntibus *ut mann vir.* in plurali legetur *menner &c.*

aa Tum etiam alias quascunq; similes concurrentes vocales pronunciabis ut unam consonantẽ v.g. *aal* leges *al angvilla.*

c Ante *e* vel *i* vel *y* nulla sequente alia immediate vocali ordinariè ut apud lati-

A nos

nos effertur *ut Centner Centenarius*, *Cistern Cisterna*, *Cypressen-baū Cypress9*. A principio autem positū in nominibus propriis urbium & illis, quæ à latinis derivantur *ut K* legetur v.g. *Crakau Krakau Cracovia*, *Creatur* legetur *kreatur Creatura &c.*

Ch Semper in principio dictionis *ut K* legitur *Chor Chorus* leges *kohr &c.*

chs cks & gs In fine dictionum *ut X* pronunciantur *ut ochs bos glücks-radt rota fortunæ*, *krigs-man miles* legetur *ox*, *glüx*, *krix*.

ei eu vel ew Pronunciatur semper quasi *ai* molliter *ut leib Corpus feüer ignis hew*, legetur *laib faier hai &c.*

Ie Solum *ut i* pronuntiabis in medio & fine dictionis *ut lieb amor*, *die Illa &c.*

H In fine vel medio plane reticeri potest, possum enim dicere *noth vel not necessitas sohn vel son filius &c.*

ó Punctuatum *ut e* leges perpetuò *ut König Rex Kenig &c.*

S Ante *p vel t ut sz* effertur *ut sprach szprach linqua starck sztarck fortis*. Hic advertas velim, quotiescunq; Polonus in fine scriberet *k* secundum Germanicam scibitur *ck* ut in ipso vocabu-

lo

lo *starck* apparet quod sic scriberet Polonus *ßtark &c.*

S Ante v. intra *Vocales ut Z* effertur v.g. *sein Esel suus Asinus*, *quasi zein Ezel.*

sch Pronuntiatur *ut sz schatz ßac Thesaurus.*

tsch *Teútscher Taycer Germanus.*

TZ In fine *ut c* legitur *ut hertz herc Cor*, Item ipsi *S* in fine adjunctum *Z* etiam reticetur, *ut daß das hoc*

ü Punctis notatū præsertim ante *b* à principio dictionis positum legetur *i ut übel ibel malum*; sequenti vero immediatè vocali *a e i o u* legetur *ut f Vatter Fatter Parens &c.*

PF Ut *F* leges, *ut pferdt ferdt equus &c.*

Z Sequenti vocali *ut Ç* à principio semper profertur *ut Zan Can dens &c*

Reliquæ literæ cum latinis conveniunt. Observandum est interea sequentes Cōsonantes in medio dictionis positas semper duplicari, scilicet: *F, L, M, N, P, R, S, T. ut hoffen sperare*, *fallen*, *cadere*, *kommē*, *venire*, *kennē*, *noscere suppe*, *jus ulū*, *harren*, *exspectare*, *bitten*, *pettere*, *essen*, *comedere &c.*

Tandem cum difficultas sæpius oriatur

 in

in pronuntiandis dictionibus: *durch per ich ego* tolletur hæc si primum proferatur quasi post *R* sequeretur *I* & diceretur *durtch* 2dum quasi post *I* aliud *I* sequeretur *ut iich*. Et hæc pauca sufficient abunde Tyroni in hujus lingvæ orthographia, cætera quæ in medium adduci possent non multum faciunt ad fundamentalem hujus lingvæ instructionem.

INSTRUCTIO II.

De articulis, eorumq; inflexionibus, Declinationibus nonminum Substantivorum Adjectivorum & Comparationũ.

1mò. Articulus triplex assignatur apud Germanos, unus *Definitus* quo utuntur ad rem determinatam & certam explicandã & est *der v die v daß hic v hæc v hoc dieser v diese v dieses, iste v ista v istud. Iener v jene v jenes ille v illa v illud, ut v g. der student ist fleissig hic studiosus est diligens.*

2dò *Indefinitus* quô rem incertam genericè exponunt, *ut ein bildt ist schön, aliqua imago est pulchra*

3tiò *Absolutus* qui semper rem antecedentẽ denotat, talis est *Er ille v sie illa v es illud ut Er ist gestorben ille est mortuus, sie*

sie ist in der kirchen, illa est in Ecclsia; es ist umbsonst frustra est, ubi in primio intelligitur *Iosephus Gregorius &c.* in 2do *Elisabeth Catharina &c.* in 3tio *hoc v illud &c.*

Notandum hic universaliter occurrit omnibus nominibus substantivis & adjectivis semper addendos esse articulos præter nõen *Deus Gott* & nomina propria Pagorum Castellorũ Urbium, quæ sine articulis melius ponuntur, *ut Ujasdoff ist nicht weit von Warschau entlegẽ Ujasdovia non procul Warsavia distat.*

Tandẽ nominibus frumentorũ, liquorũ, aromatum, metallorum, materiis vestium & quæ mensurantur aut ponderantur etiam articulus detrahitur, uti etiam Vocativis, *ut mein Peter kauffe haber, brodt, bier, balsã: mi petre, eme avenã, panẽ, cerevisiã, balsamũ &c: silber ist besser als bley argeñ est melius quã plumbum.*

Ultimò quando nomen substantivum ponitur cum Pronomine *mein dein meus tuus &c: ut mein bruder ist nicht zu hauß meus frater non est domi &c:* Nisi hæc pronomina ponãtur substantivè, tunc enim articulum desiderabunt, *v g. die unsrigeu haben ihn gesehen nostri eum viderunt.*

Præmissa ergo Iam horum articulorum expositione, eorum inflexiones expono

INFLEXIO ARTICULORUM.

Definitus

M: F. N.	*Nnmeri Singulari*
N: *der die das*	*hic hæc hoc.*
G. *des der des*	*hujus:*
D. *dem der dem*	*huic.*
Ac. *den die das*	*hunc hanc hoc.*
V. *o du*	*o tu.*
Ab: *von dem der dem*	*ab hoc hac hoc.*

Num Plurali

N. *die*	*hi hæ hæc*
G. *derer*	*horum harum horum*
D. *denen*	*his*
Ac. *die*	*hos has hæc*
V. *ô ihr*	*ô vos*
Ab. *von denen*	*ab his*

Indefinitus

M: F: N: Num: Sing:	
N. *Ein*	*aliquis aliqua aliquod*
G. *eines einer eines*	*alicujus*
D. *einem einer einem*	*alicui*
Ac. *einen eine ein*	*aliquem aliquam aliquod*
V. *caret*	
Ab. *võ einẽ einer einẽ*	*ab aliquo aliqua aliquo*

Num: Plur:

N. *etliche*	*aliqui aliquæ aliqua*
G. *etlicher*	*aliquorum aliquarum aliquorũ*
D. *elichen*	*aliquibus*

Ac

Ac. *etliche*	*aliquos aliquas aliqua*
Ab. *von etlichen*	*ab aliquibus*

His prænotatis Declinationes Nominũ Substantivorum quorum tres à tribus articulis tãtum numerantur facilè intelliges, prima dicitur cui apponitur articulus *der hic* 2da *die hæc* 3tia *das hoc*. In 1 & 3 declinatione solum in Genitivo *S* adjicitur in numero singulari, in aliis casibus nomen ita declinatur ut in Nõinativo prolatum est. In 2da postest nomen per õnes casus eundem exitum servare præter illa; quæ in Nominativo in *E* terminantur, horũ Genitivus melius in *en* terminatur. Pluralis vero cõmuniter nominum omnium substantivorũ quæ 2plici consonante finiuntur, in *r* terminatur *ut Gott Götter Dij, mann männer viri, geist geister spiritus, &c:* præter Genit: Dat: & Abl: qui in plurali per omnes tres declinationes continuò in *n* exit.

Neutra exeuntia in *f g k l n r & us* pluralẽ finiunt in *e ut schaff schaffe ovis, beding bedinge conditio; gescenck geschencke donũ; spil spile lusus, schwein schweine porcus; thier thire animal, zeügnus zeügnusse testimonium;* illa quæ derivantur & vel maxime si particulã *mann* in fine habeant, terminabuntur in plurali in *e*, & *man* in *leút* mutabunt *ut Edelmann* in plurali

rali *Edelleúthe Nobilis, schiffmãn schiffleúthe, nauta, kauffmãn kauffleúthe mercator &c.*

Tandẽ 1mæ declinationis nomina Gen: sing: in *n* habentia pluralẽ quoque in *n* finient *ut knab knaben puer, hirsch hirschen cervus &c.* Quæ verò in 2plici Consonãte terminantur & sunt 2dæ declinationis pluralem in *e* exeuntem desiderãt, *ut die handt hánde manus, statt státte civitas &c.* Pro his singulis praxis multum faciet, tum formulæ hic adjunctæ & index substãtivorũ cũ plurali suo appositus circa finẽ libri.

FORMA 1mæ DECLINATIONIS.

Num: Sing:

dies vir Deus dõinus parẽs corpus puer
N: der tag, mãn, Gott, herr, Vatter, leib, knabe
G: des - gs - - ns - - es - - rs - - rs - - bs - - ens
D: dem ge - n - tt - - rn - - r - - be - - en
Ac: den g - - n - - tt - - rn - - r - - b - - en
V: ô du g - - n - - tt - r - - r - - b - - be
Ab: võ dem g - n - tt - rn - r - be - en

Num: Plur:

dies viri Dij dõini parẽtes corpora puerî
N: die táge máner góter herrẽ váter leiber knab
G: derẽ n - - rn - rn - n - rn - rn - n
D: denẽ n - - rn - rn - n - rn - rn - n
Ac: die e - - r - - r - n - r - - r - n
V: ô ihr e - - r - - r - n - r - - r - n
Ab: von denen uti in Dat.

Huc

Huc facile alia occurrentia nomina 1mæ declinationis revocabis, ut si deberes nomen aliquod *affe vg. simia* declinare, recurres ad nomen *knabe* & super hoc illud inflecteres.

FORMA 2dæ DECLINATIONIS.

Num: Sing:

Civitas Ecclesia lixiviũ nux libertas dõina
N: ein statt kirch lauge nus freyheit frau
G: einer dt - - n - e - s - - - t - en
D: einer - dt - - n - - n - s - - t - en
Ac: ein - - dt - - n - e - s - - t - u
V: caret - dt - - n - e - s - - t - u
Ab: von einer dt - - n - n - s - - t - u

Num: Plu.

civitates ecclesiæ lixivia nuces libertates dõinæ
N: etliche stádt kirchẽ laugẽ núsẽ freiheitẽ frẽ
G: etlicher - n - - n - - n - n - - n - n
D: etlichen n - - n - n - n - - n - n
Ac: etliche - tt - - n - n - n - - n - n
V: caret - - tt - - n - n - n - - n - n
Ab: võ etlichen n - - n - n - n - n - n

FORMA 3tiæ DECLINATIONIS.

Num: Sing:

Ovis gens infantulus cornu os aqua regio
N: das schaff volck kindlein horn maul wasser lãd
G: des - ffs - ks - leins - rns - ls - rs dts
D: dem - ff - k - lein - n - l - r - dt

Ac:

Ac: das - ff - k - lein - n - l - r - dt
V: ô du - ff - k - lein - n - l - r - dt
Ab: võ dem ff - k - lein - n - l - r - dt

Num: Plural:

	Oves	*gẽtes*	*cornua*	*ora*	*aquæ*	*regiones*
N: die	*ſchaffe*	*vólker*	*hórner*	*mäuler*	*wäſſer*	*län*
G: deren	*- - n*	*- rn*	*- rn*	*- rn*	*- rn*	*- rn*
D: denen	*- - n*	*- rn*	*- rn*	*- rn*	*- rn*	*- rn*
Ac: die	*- - ffe*	*- r*	*- r*	*- r*	*- r*	*- r*
V: ô ihr	*- - ffe*	*- r*	*- - r*	*- r*	*- r*	*- r*
Ab: von denen	*n*	*- rn*	*- rn*	*- rn*	*- rn*	*- rn*

Super haſce formulas quodcunque nomen declinabis, ſi propoſitum nomen in aliqua forma ex his nõ reperias obſerva generalẽ explicationẽ ſuperius præmiſſam; Notes tãen velim seriò õnia nomina cujuscunq; declinatiõis quæ per vocalẽ *a*, *v au*, *v o*, *v u*, terminãtur, præſertim ſi ſunt monoſyllaba illud *a in e*, *au in ai*, *o in e & u in ú* in plurali mutari, & hoc de Declinatioibus nominuũ Subſtãtivorũ, nunc quædam neceſſaria ſcitu de Adjectivorũ & Comparatiõum inflexionibus. Igitur Adjectiva duplicem reſpiciunt articulum, aut enim eis apponitur articulus *der die das hic hæc hoc*, aut etiã *Ein aliquis* hoc eſt: *definitus v indefinitus*. In utroq; caſu cùm exigua ſit difficultas, brevibus rem absquè tabula declaro.

sit

Si itaq; articulus *der die das hic hæc hoc* addatur Adjectivis, Nominativus eorum per õnia tria genera in *e* terminabitur Gen: Dat: & Ab: per omnia genera in *n* Accuſ: in Maſ: in *n* in Fæm: & Neutro in *e* exibit, & Voc: in M: in *r* in Fæm: in *e* & in Ne: in *s* finietur, alter *indefinitus* cum definito convenit, præter Nõ: qui in M: in *r* in F: in *e* in N: in *s* & Ac: qui in M: in *n* in F: in *e* & in N: in *s* terminatur. Cõparativum habebis ſi poſitivo in *er* exeũti *rer* in *e re*, in *s res* addas, ſi in *n* tu *ren* apponas & Superlativum, deniq; ſi pro *rer ſter* v abjecto *re* Cõparativo *ſte* &c: ſubſtituas; perſæpe tãen Cõparativo adverbium *noch* adhuc additur & Superlativo particula *am v aller* præponitur *ut er iſt noch ſchóner er iſt am aller ſchönſten ipſe eſt adhuc pulchrior ipſe eſt pulcherrimus* quaſi õnium pulcherrimus, in plurali nulla eſt difficultas, quoniam Nom: Ac: & Voc: per omnia genera exit in *e* perconſequens comp: in *re* ſuperl: in *ſte*. Gen: Dat: & Abl: in omni gẽere *in n* ergo cõp: in *ren* ſuperl: in *ſten* terminatur.

Quod de literis *a o u* dictum ſuperius in declinationibus nominum ſubſtantivorum hoc hìc de cõparativo & ſuperlativo obſerves velim.

Advertendũ hìc occurrit eo caſu quo adjectivo nullum ſubjicitur ſubſtantivum illud ultimam

mam

mam ſyllabã abjicere per omnia genera in Nõ: Num: Sing: v g: *er iſt weis ille eſt albus, ſie iſt ſchön illa eſt pulchra &c.* Item quãdo adjectivum poſt ponitur ſuſtantivo mediante verbô eſt *ut der tag iſt ſchön hæc dies eſt pulchra das kleid iſt vornehm hæc veſtis eſt præſtans.*

Idem obſervabis in pluribus adjectivis derivatis & præſertim illis quæ adverbialiter proferuntur *ut lutheriſch lutheranicè hölliſch infernalis &c.* Non incongruum hic erit brevẽ adjungere informationem de Pronomine.

Pronomina *demonſtrativa* ſunt *ut ich du er ego tu ille, dieſer hic jener ille &c.*

Relativa welcher qui quæ &c, interrogativa wer was quis quid? &c. Poſſeſſiva mein meus dein tuus &c.

Perſonæ Num: Sing: ſunt *ich du er ego tu ille* Pluralis *wir nos ihr vos ſie illi.*

FORMA 1ma PRONOMINIS.

Ego ich & tu du

	Num:		*Sing:*	
N:	*Ich*	*ego - -*	*du -*	*tu*
G:	*mein v er v es*	*mei æ*	*dein v er es*	*tui tuæ*
D:	*mihr*	*mihi -*	*- dir*	*tibi*
Ac:	*mich*	*me -*	*- dich*	*te*
V:	*ô ich*	*ô ego - -*	*ô du*	*ô tu*
Ab:	*von mihr*	*à me*	*von dir*	*à te*

Num:

	Num:		*Plur:*	
N:	*wir*	*nos -*	*ihr*	*vos*
G:	*unſer v erer*	*noſtrûm*	*eúer v erer*	*veſtrûm*
D:	*uns*	*nobis - -*	*eúch*	*vobis*
Ac:	*uns*	*nos - -*	*eúch*	*vos*
V:	*ô wir*	*ô nos -*	*ô ihr*	*ô vos*
Ab:	*von uns*	*à nobis*	*von eúch*	*à vobis*

FORMA 2da PRONOMINIS SUI *SEIN.*

	Num: Sing:		*Num: Plur:*	
N:	*caret*	*- -*	*-*	*-*
G:	*ſeiner*	*ſui -*	*ihrer*	*ſui*
D:	*ihm*	*ſibi -*	*ihnen*	*ſibi*
Ac:	*ſich*	*ſe - -*	*ſich*	*ſe*
Voc:	*caret*	*- -*	*-*	*-*
Ab:	*von ſich*	*à ſe*	*von ſich*	*à ſe*

FORMA 3tia PRONOMINIS

Num. Sing. Er ſie es ille illa illud

	M:	*F:*	*N:*
N:	*Er*	*ſie*	*es, dieſes v das Ille illa illud*
G:	*ſeines v er v ſein*	*ihres v er ihr*	*des illius*
D:	*Ihm -*	*ihr -*	*dem illi*
Ac:	*Ihn -*	*ſie*	*das v ter ſich, illũ illã illud*
Voc:	*caret -*	*-*	*- -*
Ab:	*von ihm*	*von ihr*	*von dem ab illo a o*

Num: Sing:

N: *ſie* per tria genera *ipſi ipſæ ipſa*

G: *ihrer* - *ipſorum ipſarum ipſorum*

Dat:

D: *ihnen* - - *ipsis*
Ac: *sie v sich* - *ipsos as ipsa*
Voc: *caret* - - -
Ab. *von ihnen* - *ab ipsis*

FORMA 4ta PRONOMINUM POSSESSIVorũ

Num: *Sing*:	*Num*: *Plur*.
N: *mein e es meus a um*	*meine mei æ a*
G: *er er es mei æ*	*meiner meorum ram*
D: *em er em meo æ*	*meinen meis*
Ac: *en e n meum am*	*meinen meos as a*
V: *mein e n mi*	*meine mei æ a*
Ab: *von em er em à meo a*	*von meinẽ à meis*

Simili modo declinantur *dein tuus ſein ſuus unſer noſter eüer veſter*.

Hic nota has voces *halben vel weillen* junctas cum genitivo v. plurali alicujus pronominis deſiderare ut pronomen alias in *r* exiens finiatur in *t ut meinet-halben mei causa*. Pronomina verò figuræ ſimplicis habentia articulum *der die das v ein* præpoſitum adjectivi inflexionem aſſummunt *ut der jenige ille ein jeder quilibet*, præter pronomen *ſelbſt ipſe* quod, ſi perſonali pronomini ſit poſt poſitum, erit indeclinabile *ut ich ſelbſt ego ipſe*.

Ad finem Inflexionum pronominum addo ſæpe neceſſariam formam Pronominis *quis* quod taliter declinatur.

Num:

Num: *Sing*:

N: *wer quis welche quæ welcches quod*
G: *weſſen welcher weſſen cujus*
D: *wem welcher welchem* - *cui*
Ac: *wen quẽ welche quã welches v was quod*
V: *caret* - - - -
Ab: *võ wẽ à quo võ welcher a qua võ welchẽ*

Num: *Plur*:

N: *welche*
G: *welcher*
D: *welchen*
Ac: *welche*
Voc: *caret*
Ab: *von welchen*

Et hoc de pronõine, nũc de verbo & participio.

INSTRUCTIO III.

De Verbo & Participio.

Germani ſemper verba in õnibus modis & temporibus utriusqne numeri(præter Infinitivum) cum perſonis efferunt. Perſonæ verò numeri Singul: ſunt: *ich ego, du tu, er ille*, Pluralis: *wir nos, ihr vos, ſie illi*. Ipſa autẽ verba in 1ma perſona in *e* in 2da in *ſt* in 3tia in *t* finiuntur, in Plurali in 1ma in *n* in 2da in *t* in 3tia denuò in *n*, & hæ terminationes per õnes modos & tempora adhibentur & in omnibus Conjugationibus quarum ego tres recenſeo cũ ſuis formulis.

1ma

Ima dicitur *activorum* Conjugatio, quæ *activa* cōtinet, ſi *regularia* ſint in imperfecto nil mutant, ſolùm eis ſyllaba *te* adjicitur, in perfecto & plusquamperfecto additur auxiliare *habe* & hoc conſveto more ut præmiſi perſonas ſuas terminat, verbum verò in *t* exit. Si verò ſint *irregularia* id eſt ſi in imperfecto aliquid mutetur, in *n* exibunt, in utroq; modo particula *ge* additur, ſi verba per ſe non ſint compoſita ex præpoſitionibus *ver*, *er*, *be* & *zer*. *Altera forma* continet *paſſiva* quibus mox in præſenti apponitur particula *ge*, ſi etiam non ſint cōpoſita ex prædictis præpoſitionibus & auxiliare *werde*. *Tertia* habebit *neutra* quibus in præterito & plusquamperfecto datur axiliare *bin*, *de*, *ge*, ſuperius dictum obſervatur, verbum ipſum in *n* exit.

In futuro 1mæ & 3tiæ formæ ſemel auxiliare *werde* in 2da bis additur ſemel in infinitivo poſitū verbū ipſum perpetuò in *n* terminatur.

In imperativo peſona ſemper poſtponitur, *ut liebe du ama*, infinitivi omnium verborum in *n* finiuntur, quibus ad verbum *pflege ſoleo* & alia movendi præpoſitio *zu* additur *ut ich pflege zu arbeiten ſoleo laborare*. Idem verbum *pflege* aut *thue* perſæpe infinitivo præſenti additur *ut ich thue leſen lego*.

Ger-

Gerundia ſolummodo per præpoſitiones *zu von vel mit*, *ad*, *de*, *cum*, *diſtinguntur*.

Participia præſentis temporis terminantur in *end*, *ender*, *vel ende v endes*, *ut ein ſterbēder menſch moriens hōo &c*. Præteriti tēporis deſinūt in *t*, *n*, *r*, *e*, *s*, *ut geliebt ter te amatus &c*.

Hic tibi in memoriam revoca Adjectivorū terminationes & ſuper eas declina etiam participia, ego antequam ipſorum verborum Cōjugationes proponam, ſummè neceſſarias formulas auxiliarium verborum præmitto.

FORMA AUXIARIUM VERBORUM.

Hab, Werde, Bin, Habeo, Fio, Sum.

Mod: Ind: Tempus Præſens Num: Sing:			
Ich	*hab, habeo, -*	*werde, fio, -*	*bin, ſum,*
Du	*haſt, habes, -*	*werdeſt, fis, -*	*biſt, es,*
Er	*hat, habet, -*	*wirdt, fit, -*	*iſt, eſt,*
Num: Plur:			
Wir	*haben, habemus,*	*werden, fimus,*	*ſeindt ſumus,*
Ihr	*habet, habetis, -*	*werdet, fitis, -*	*ſeidt eſtis,*
Sie	*haben, habent, -*	*werden, fiunt,*	*ſeindt ſunt,*
Præt: Imperfect: Num: Sing:			
Ich	*hatte habebam, -*	*ward fiebam, -*	*ware eram,*
Du	*hatteſt habebas,*	*wardeſt fiebas,*	*wareſt eras,*
Er	*hattet habebat, -*	*warde fiebat, -*	*ware erat,*
Num: Plur:			
Wir	*hatten habebamus,*	*warden fiebamus,*	*waren eramus,*
Ihr	*hattet habebatis,*	*wardet fiebatis,*	*waret eratis,*
Sie	*hatten habebant,*	*warden fiebant,*	*waren erant,*
Præt: Perfect: Num: Sing:			
Ich	*hab gehabt habui -*	*bin worden factus ſum -*	*bin geweſen fui*
Du	*haſt gehabt habuiſti*	*biſt worden facta es -*	*biſt geweſen fuiſti*
Er	*hat gehabt habuit*	*iſt worden factum eſt -*	*iſt geweſen fuit*

Num:

Num: Plur:
Wir haben gehabt *habuimus ſein* worden *facti ſumus ſein* geweſen *fuimus*
Ihr habet habuiſtis ſeit factæ eſtis ſeit fuiſtis
Sie haben habuerunt ſein facta ſunt ſein fuerunt

Præt: Plusquamper: Num: Sing:
Ich hatte gehabt *habueram warde* worden *factus fueram ware* geweſen *fueram*
Du hatteſt ras wardeſt facta fueras wareſt fueras
Er hattet habuerat warde factum fuerat ware fuerat

Num: Plur:
Wir hattē gehabt *habuerām warde* worden *facti fuerām warē* geweſen *fuerām*
Ihr hattet atis wardet factæ atis waret fueratis
Sie hatten ant warden a fuerant waren fuerant

Futurum Num: Sing:
Ich werde haben *habebo werde* werden *fiam werde* ſeyn *ero*
Du werdeſt bis werdeſt fies werdeſt eris
Er werdet bit wirdt fiet wirdt erit

Num: Plur:
Wir werden haben *habebimus werden* werden *fiemus werden* ſeyn *erimus*
Ihr werdet tis werdet fietis werdet eritis
Sie werden bunt werden fient werdeu erunt

Imperativus Num: Sing:
Habe du habe werde du fias ſeye du ſis
Habe er habeat werde er fiat ſeye er ſit

Num: Plur: (*ſimus*
laſſet uns haben habeamus werden wir fiamus laſſet uns ſein
habet ihr habeatis werdet ihr fiatis ſeyd ihr ſitis
laſſet ſie haben habeant werden ſie fiant laſſet ſie ſeyn ſint

In Futuro mandativo auxiliare *ſol* additur, ut v g. *du ſolſt haben, du ſolſt ſeyn, du ſolſt werden &c.* Alij modi eaſdem terminationes habent, quas Indicativus, ſolummodo in Optativo additur particula *ô das vel wolte Gott, utinam,* & locò auxiliaris *hatte, ware,* põitur *hätte, wäre,* & pro *wurde* põitur *würde,* ſæpiùs autem in Optativo in Imperfecto ad

adhibetur auxiliare *móchte* ut v g. *wolte Gott das der Vatter zu mir móchte brieffe ſchreiben, utinam Parens ad me ſcriberet literas.*

Conjunctivus cum Optativo in omnibus convenit, particula ſolùm alia nimirum: *das, auf das, wan, quòd, ut, ſi,* ipſi additur, verùm ſatis de formulis auxiliariũ verborũ, nunc trium Conjugationum formam expono.

CONJUNGATIONUM FORMA.

Activum Paſſivum Neutrum.
Modus Indicativus, Tempus Præſens, Num: Sing:
Ich liebe amo werde geliebet amor ſtehe ſto
Du liebeſt amas werdeſt gelibet amaris ſteheſt ſtas
Er liebet amat wirdt geliebet amatur ſtehet ſtat

Num: Plur:
wir lieben amamus werden geliebet amamur ſtehen ſtamus
ihr liebet amatis werdet geliebet amamini ſtehet ſtatis
ſie lieben amant werden geliebet amantur ſtehen ſtant

Imperfectum Num: Sing:
ich liebete amabam warde geliebet amabar ſtunde ſtabam
du liebeteſt as wardeſt geliebet baris ſtundeſt bas
er liebete at warde geliebet batur ſtunde bat

Num: Plur:
wir liebeten amabām warden geliebet amabāur ſtūdē ſtabāus
ihr liebetet batis wardet geliebet bamini ſtundet batis
ſie liebeten bant warden geliebet bantur ſtunden bant

Præt: Perf: Num: Sing:
ich hab geliebet *amavi bin* geliebet worden *amatus ſum bin* geſtãdē *steti*
du haſt viſti biſt a es biſt ſtetiſti
er hat vit iſt tum eſt iſt ſtetit

Num: Plur:
wir haben geliebet *amavimus ſein* geliebet worden *amati ſumus ſein* geſtãdē *ſtetimus*
ihr habet viſtis ſeid a eſtis ſeyd ſtetiſtis
ſie haben verunt ſein a ſunt ſein ſteterunt

 Præt:

Præt: Plusquamperf: Num- Sing:

ich hatte	geliebet	amaveram	warde	geliebet werden	amatus	ware	gestāde	steterā
du hattest		ras	wardest		a um	warest		ras
er hatte		rat	warde		fuerā as at	ware		rat

Num: Plur:

wir hattē	geliebet	amaverāus	warē	geliebet werden	amati æ a	waren	gestāde	steteramus
ihr hattet		ratis	waret		fueramus	waret		atis
sie hatten		rant	waren		atis ant	waren		rant

Futurum Num: Sing:

ich werde	lieben	amabo	werde	geliebet werden	amabor	werde	stehen	stabo
du wirst		bis	werdest		beris	wirst		bis
er wirdt		bit	wirdt		bitur	wird		bit

Num: Plur:

wir werden	lieben	amabimus	werden	geliebet werden	amabimur	werdē	stehē	stabimus
ihr werdet		bitis	werdet		bimini	werdet		
sie werden		bunt	werden		buntur	werdē		tis bunt

Imperativus Num: Sing:

liebe du	ama tu	werde du	geliebet	amare ꝟ tor	stehe du	sta
liebe er	amet	werde er		ametur	stehe er	stet

Num: Plur:

last uns lieben	amemus	werden wir	geliebet	amemur	stehē wir	stemus
liebet ihr	ametis	werdet ihr		amemini	stehet ihr	stetis
last sie lieben	ament	werden sie		amentur	stehen sie	stent

Opt: Præsens & Imperf: Num: Sing:

Wolte gott das	ich liebte	amarem	wáre oder würde	geliebet	amarer	stúnde	starē
	du liebetest	res	wárest oder würdest		reris	stúndest	res
	er liebete	ret	wáre oder würde		retur	stúnde	ret

Num: Plur:

Wolte gott das	wir liebtē	amaremus	wárē oder würde	geliebet	amarēur	stúndē	staremus
	ihr liebtet	retis	wáret oder würdet		remini	stúndet	
	sie liebeten	rent	wáren oder würden		rentur	stúnden	is ēt

Perf: & Plusquamperf: Num: Sing:

o das	ich hátte	geliebet	amâssem	wáre	geliebet worden	amatus	wáre	gestādē	stetissem
	du háttest		sses	wárest		a ū fui	wárest		stetisses
	er hátte		sset	wáre		ssē es et	wáre		stetisset

Num: Plur:

o das	wir hátten	geliebet	amâssemus	wáren	geliebet worden	amati	wáren	gestāde	stetissēus
	ihr háttet		ssetis	wáret		æ a fu	wáret		stetissetis
	sie hátten		ssent	wáren		issemus	wárē		stetissent

Conjunctivus Præsens cum particula DAS.

Num: Sing:

Das	ich liebe	amem	seye oder werde	geliebet	amer	stehe	stem
	du liebest	ames	seyst oder werdest		ameris	stehest	stes
	er liebe	amet	seye oder werde		ametur	stehet	stet

Num: Plur:

Das	wir lieben	amemus	seyn	geliebet	amemur	stehen	stemus
	ihr liebet	ametis	seydt		amemini	stehet	stetis
	sie lieben	áment	seyn		amentur	stehen	stent

Imperf: Num: Sing:

Wan	ich liebete	amarem	wúrde	geliebet werden	amarer	stúnde	starem
	du liebtest	res	wúrdest		reris	stündest	stares
	er liebete	ret	wúrde		retur	stúnde	staret

Num: Plur:

Wan	wir liebeten	amaremus	wúrden	geliebet werden	amaremur	stúndē	staremus
	ihr liebetet	retis	wúrdet		mini	stúndet	retis
	sie liebeten	rent	wúrden		rentur	stúnden	rent

Præt: Perf: Num: Sing:

So	ich geliebt habe	amaverim	sey	geliebt worden gewesen	aatus	seye	gestāde	steterim
	du geliebt hast	ris	seyst		a um	seyst		ris
	er geliebt hat	rit	seye		sim s t	seye		rit

Num: Plur:

So	wir	geliebt	haben	amaverimus	seyn	geliebt worden	amati æ	seyn	gestāde	steterimus
	ihr		habet	ritis	seyd		a simus	seyd		ritis
	sie		haben	rint	seyn		situs sint	seyn		rint

Præt: Plus: Num: Sing:

auff das	ich	geliebt	hátte	amavissem	wáre	geliebet worden	amatus a ū	wáre	gestāde	stetissē
	du		háttest	es	wárest		fuissem	wárest		es
	er		háttet	et	wáre		es et	wáre		et

Num: Plur:

auff das	wir	geliebt	hátten	amâssemus	wáren	geliebet worden	amati æ a	wárē	gestāde	stetissemus
	ihr		háttet	etis	wáret		fuissēus	wáret		
	sie		hátten	ent	wáren		etis ent	wáren		etis ēt

Futurum Num: Sing:

Was	ich werde	geliebt haben	āavero	werde	geliebt seyn	worden	āatus a	werde	gestāde seyn	stetero
	du wirst		ris	wirst			ū fuero	wirst		
	er wirdt		rit	wirdt			ris rit	wirdt		is it

Num:

Wan Num: Plur:

n werdē geliebet haben āaverimus werdē geliebt seyn worden āati a a werdē gestā e seyn
ih werdet veritis werdet fuerimgwer aet
sie werdē rint werden tis rint werden ste-
terim steteris steterit

Infinitivus

lieben amare geliebt werden oder seyn amari stehen stare

Prat: Perf: & PlusquamPerf:

geliebt haben amavisse geliebt worden seyn amatum fuisse gestanden stetisse

Participium Præsentis temporis

liebend amans geliebet amatus stehend stans

Supinum

geliebet oder geliebt amatum

Gerundia

zu lieben amandum &c. &c.

Est & aliud verbum præter hæc tria scilicet: Reciprocum sæpè in usu, cui ad primam personam *ich* additur *mich* ad 2dā *dich* ad 3tiam *sich*, in plurali: ad 1mam *uns* ad 2dam *euch* ad 3tiam *sich* v g. *Ich verwundere mich miror, du verwunderst dich er verwundert sich*, plur: *wir verwundern uns, ihr verwundert euch, sie verwundern sich*, & sic per omnia tempora, verbum verò cōmuniter super formam verbi activi conjungatur, alias partes Orationis ùt Adverbium, Conjunctionē, Interjectionē omitto, quoniam non multum faciunt ad propositum meum & passim aliquid hinc inde in Syntaxi de eis reperitur, de qua nunc pauca quædā sequuntur.

In-

INSTRUCTIO IV.

De Syntaxi.

Constructio planè nullas habet difficultates bene perspectis hucusque præmissis, totam itaque hinc instructionem solùm ad puncta aliquot notatu digniora reducam, tandem ad ungam ad finem aliquam notitiam de Cōtractionibus Germanis usitatis.

1*mò* Adjectiva, Pronomina & Participia semper substantivo præpōuntur, ùt *der gelertbe mann doctus vir*, nisi immediatè interponeretur *verbum est*, ùt *der mensch ist gesundt, hic homo est sanus.*

2*dò* Nominativus qui semper melius apertè ponitur, ad verbum *est ist* si non sit Nom: apertus, additur particula *es.* Verbum auxiliare potest mox poni post Nominativum, ipsum verò verbum in Infiinitivo positum potest in medio, communiter tamen in ipso fine poni, alios Casus & Adverbia poteris in medio vel fine locare.

3*tiò* Adjectiva tandem *Copiam, Dignitatē &c.* significantia & his contraria Genitivum petunt ùt *Er ist des lobes werth, est laude dignus, der herr ist des todtschlages teilhaffig, particeps homicidij.*

4*tò* Quæ instrumentum, tempus, materi-

 am

ſignificant, ponuntur cum præpoſitionibus: *von, zu, mit, v g. Es iſt gutt zu ſchreiben, eſt bene ſcribere, Ich kōme mit der geig, venio cum fidibus,&c.* Hìc nota, quòd hæ præpoſitiones: *wieder contra, durch per, ohne ſine, umb und umb circa circum,* accuſſativum petūt, *umb* tamen etiam *pro* vel *propter* ſignificat, ùt *umb gottes willen propter Dei voluntatem, umb 6 gulden pro ſex florenis.*

Hæ autem ablativum regunt, ùt *auß ex v. è auſer extra, bey apud, mit cum,* hæc præpoſitio etiam cùm in latino omittitur, in germanico poni debet, *nach poſt ob præ ſupra, von a v. ab vor ante, zu ad, an in, unter ſub* etiam ablativum regunt. Quæ nullum caſum regunt, ſed tantùm alijs partibus orationis adjunguntur, ſunt hæ 11:

ab	-	*abſetzen deponere*	*mûs*	-	*músbrauchen abuti*
ant	-	*antworten reſpondere*	*ver*	-	*verbergen abſcındere*
be	-	*bewahren cuſtodire*	*un*	-	*unſauber immundus*
ein	-	*einheitzen calefacere*	*weg*	-	*wegwerffen abjicere*
ent	-	*entſchlaffen obdormire*	*zer*	-	*zerhauen diſſecare*
er	-	*erlangen impetrare*	*&c.*		

5*tò* Propria Pagorum, Caſtellorum, Urbium ad interrogationem *wo ubi* ponuntur cum præpoſitione *zu vg. wo iſt er geweſen? zu Prag, ubi fuit? Pragæ,* exceptis nominibus Provinciarum, Inſularum,& Regionum, quæ *in* poſtulant, ùt *ich bin in Teúſchlandt geweſen fui in Germania.* 9*tò*

6*tò* Si fiat interrogatio per adverbium *quò v. quorſum wohin,* & motus ad locum v. per locum ſignificetur.

Propria Pagorum, Urbium efferuntur cum Præpoſitione *auff v. gegen v. nach vg. wo geſt du hin quò vadis? auff Warſchau v. nacher Krackau & gegen Podelein Podolinium &c.*

Excipiuntur hìc denuò nomina Regionum, Provinciarum,& Inſularum, quibus apponitur propoſitio *in, v g. ich gehe durch Schleſien in Böhmen vado per Sileſiam in Bohæmiam.*

7*timò* Ad interrogationem *unde* propria pagorum urbium ponuntur cum præpoſitione *von, ùt ich komme von Dantzig venio Dantiſco,* tum etiam illa nomina quæ perſonam v. frequentiam ſignificant, *von* præpoſitionem petunt, *ùt ich komme von der geſellſchafft, venio ex ſocietate &c.*

Excipiuntur hìc denuò nomina Regionum, Provinciarum, Inſularum, quibus datur præpoſitio *auß, ùt ich kom auß ungern venio ex ungaria &c.* Hìc ad finem præpoſitionum de *ad* notare poteris, quòd, ſi ſignificet acceſſum alicujus rei debere in germanico poni *zu, ùt gehe zu der mauer eas ad murum,* ſi ingreſſum *in, ùt fahre in die ſtat pergas ad civitatē,* ſi aſſcenſum *auff, ùt ich ſteige auff den berg, aſſcendo ad montem &c.* 8*ta-*

8*tavò* Verba composita persæpè dividuntur, *ùt schenck mir als bald das glaß bier ein*, pro *einschenck*, *infundas mihi mox hoc vitrum cerevisiæ*, hæc verba invenies in meo vocabulario in ultima instructione.

9*nò* Verba Impersonalia quæ in se actionem continent, ponuntur cum particula *sich*, alijs *mãn* additur, *ùt Er schlagt sich verberat se*, *mãn schlafft*, *dormitur*, quæ sunt propriè Impersonalia petunt particulã *es*, *ùt Es donnert*, *tonitruat*, *Es regnet pluit &c.*

10*mò* Adverbium negandi *nit v. nicht* sẽper sequitur verbnm, *ut ich höre nicht nõ audio*, *ich weis nicht non scio*, adhibentur etiã ad majorem negationem subinde duæ negativæ particulæ *ut sags nimandt nicht nemini dicas.*

11*mò* De Contractionibus nota, quotiescunq; Post *m* sequitur *b* in fine poteris illud reticere, *ut warumb* dicere poteris *warum quare*, v. etiã *e* ut pro *komme* poteris dicere *komm veni*, talis verò virgula -- supra vocalem denotat *m* v. *n* ut *dẽ* pro *dem huic ũd* pro *und &c*, ponitur etiam sæpiùs pro *d* ut *uń* pro *und &c.* Qnando *z* ponitur post *d* vel *w* significabit syllabam *as* ut *dz wz* id est *das hoc was quid*, tandem etiam pro *gehe* ponunt *gee*, aut præ-

po-

positionem ita finiunt prout articulũ, & dicunt pro *gehe auff das feldt*, *geh auffs feldt*, *vadas ad campum*, *ich kõme von dem bruder*, *ich kom vom bruder*, *venio à fratre*, *das gewehr auff die schuldern*, *sgwer auffá schuldern*, *arma ad humeros*. Item *e* in genitivo 1mæ & 3tiæ Declinationis ejici potest, ut *mans bild* pro *manes bild vir &c*: ex quibus contractionibus apparet Germanos certe celeres esse in loquendo, quæ fluiditas loquendi ipsis quasi innata esse videtur, & multum ornamenti lingvæ huic confert. Atque hæc sunt præcepta, quæ plurimum conducent ad artificium, quod in sequenti ultima instructione appono, quæ ideo satis breviter retuli, quia plurima, quæ tum de generibus nominum, tum de præteritis verborum adhuc dicenda restarent, in sequenti Vocabulario satis ad captum Juventutis proposui & disposui.

IN-

INSTRUCTIO V. & ULTIMA.

Continens

Vocabula per artificium Arithmeticum dispoſita ad facilius addiſcendam lingvam Germanicam.

Hoc Artificium in eo conſiſtit, ut quælibet Natio vocabula ſua eandem rem ſignificantia ijsdem characteribus artmethicis exprimat, prius tamen res omnes v. ſaltèm præcipuas ad certas Claſſes reducat.

1*mò* Igitur in 1ma claſſe res omnes ad Deum v g. & elementa ſpectantes ponat, in 2da ad hominem & ſua membra & ſic porrò.

2*dò* Res ad quamlibet claſſem pertinentes exprimat numeris arithmeticis, vg. 1. *Gott Vatter* Deus Pater. 2. *Gott Sohn* Deus Filius.

3*tiò* Qui ſcribere cupit hôc artificiô, deſummat vocabula, quæ exprimere vult ex ſuis claſſibus, & inter ſcribendum ponat 1mô locô numerum Claſis, 2dô numerum vocabuli ad illam claſſem ſpectantis, 3tiô. numerum grãmatticalem, qui denotat, an numerus vocabuli ſignificet numerum ſingularem, pluralem, præteritum, v. futurum &c, Ut igitur notis grammaticis pluralis à ſingulari, præſens à præterito, verba à participiis & ſimilia, à ſe invicem diſtingvantur (nè detur confuſioni locus) ob

ob copiam horum & ſimilium ſignorum hìc multùm neceſſariorum pauciſſima adhibeo, ſcilicet ſolum numerum 4. cum cyphris punctisq; infra, ſupraq; affectum. Itaq;

4. Abſolutè poſitum ſignificat rem quartã unius cujusq; gradûs.

4.o, Habens à dextris cyffram denotat numerum pluralem.

4 oo. Cum duabus eſt nota poſſeſſionis.

4 ooo. Cum tribus ſignificat verbum in paſiva voce eſſe poſitum.

4˙ cum puncto ſupra poſito in verbis dicit tempus præſens.

4˙˙ cum duobus tempus futurum.

4˙˙˙ Cum tribus tempus præteritum.

.4 Cum uno infra poſito participium præſentis.

..4 Cum duobus participium futuri.

...4 Cum tribus participium præteriti.

.4. Unum à dextris alterum à ſiniſtris habens denotat infinitivum.

. Unum punctum poſt numerum ſignificantem nomen indicat Nominativum.

.. Genitivum.

... Dativum.

.... Accuſſativum.

..... Vocativum.

...... Ablativum.

Co-

, Colō ſeu cōma poni poteſt expreſſè :uti &

; Semicolon ſeu media nota ſeu punctum cum commate: &

: duo puncta: &

? ſignum interrogationis: &

! ſignum admirationis: &

(.) Parentheſis.

Locò puncti poſt abſolutum verborum ſenſum poni poteſt lineola verticaliter deſcendens ſic: |. cum puncto.

CLASSIS Ima.
De DEO & Elementis.
Von Gott und den Elementen.

1. Deus M. *Gott. Götter*
2. Deus Pater M. *Gott Vatter.*
3. Deus Filius M. *Gott Sohn.*
4. Spiritus Sanctus M. *Der Heilige Geiſt.*
5. Deitas f. *Gottheit.*
6. Trinitas f. *Dreifaltikeit.*
7. Mater Dei f. *Mutter Gottes.*
8. Angelus m. *Engel.*
9. Archangelus m. *Ertzengel.*
10. Diabolus m. *Teúffel.*
11. Homo m. *Menſch en*
12. Fæmina n. *Weibsbild - der.*
13. Puer m. *Junge - en*
14. Senex m. *Alte - en*
15. Pater m. *Vatter - Vátter.*
16. Filius m. *Sohn Söhne*
17. Uxor n. *Weib weiber*
18. Conſangvinea f. *Blutsverwante, n*
19. Affinis m. *Befreúndte.*
20. Maritus m. *Eheman Eheemánner.*

21. Amicus m. *Freúnd e.*
22. Hoſtis m. *Feind e.*
23. Anima f. *Seel Seelen*
24. Rario f. *urſach - en*
25. Suſpectio f. *Verdachtnus - nús.*
26. Intellectus m. *Verſtand.*
27. Voluntas f. *Willen.*
28. Spectrū n. *Geſpenster*
29. Cœlum m. *Himmel.*
30. Sol f. *Sonn - en*
31. Luna m. *Monden.*
32. Stella m: *Stern nè*
33. Eclypſis f. *Finſternus ē*
34. Firmamentum n. *firmament. en*
35. Cometa m. *Comet, en*
36. Tonitru m. *Donner*
37. Vapor m. *Dampf Dempfe.*
38. Fulgur m. *Blitz*
39. Iris m. *Regenbogen*
40. Ignis n. *Feyer*
41. Purgatorium n. *Fegfeyer.*
42. Fornax m: *Offen öffen*
43. Flāma f. *flamme en*
44. Fumus m. *Rauch*
45. Cinis f. *Aſche en*
46. Carbo f. *Kole en*
47. Pulvis n. *Pulver*
48. Sulphur m. *Schvebel*
49. Focus m. *Herd.*
56. Lampas f. *Lampe en*
51. Laterna f. *Laterne en*
52. Candela f. *Wachskertze - en*
53. Lumen n. *Licht er*
54. Cereus m. *wachsſtock wachsſtöcke.*
55. Fax f. *Fackel - n*
56. Turibulū n: *Rauchfaſſ Rauchfäſſer.*
57. Elichnium n. *Dacht.*
58. Aér f. *Lufft Lúfften.*
59. Ventus m: *Wind de*
60. Meridionalis *Mitaglicher.*
61. Septemtrionalis *Von mitternacht.*
62. Orientalis *Von auffgang.*
63. Occidentalis *Von untergang.*
64. Aqua n. *waſſer wäſſer*
65. Mare n. *Mer.*
66. Lacus n. *See.*
67. Palus f. *Pfútz en*
68. Fluvius m. *Flus flús*
69. Fons m. *Brun ✝ en*
70. Balneū n. *Bad báder*
71. Nix m. *Schnee*
72. Glacies n. *Eis*

73. Ferrum n: *Eisen.*
74. Fuligo m. *Ruß.*
75. Grando m. *Hagel.*
76. Ros m. *Reiff e Tau.*
77. Oleum n. *öel.*
78. Pingvedo n. *Schweinfette.*
79. Sævum n. *Inselt.*
80. Cæra n. *Wachs.*
81. Mel m. *Honig.*
82. Pix n. *Pech.*
83. Terra f. *Erd - en*
84. Mons m. *Berg.*
85. Planities f. *Gleichheit*
86. Vallis m. *Walgraben*
87: Fossa f. *Gruben.*
88. Specus f. *Höl - en*
89. Infernus f. *Hölle*
90. Paradisus n. *Paradeis*
91. Lignum n: *Holtz, Höltzer.*

CLASSIS IIda.
De homine & ipsius membris.
Von dem menschen und seinen gliedern.

1. Caput m. *Kopf, Köpffe.*
2. Vertex n. *Haupt, Haüpter.*
3. Frons f. *Stirn en.*
4. Tempora *Schläff.*
5. Auris n. *Ohr, ohren*
6. Barba m *Barth, Bärth*
7. Supercilia *Augēbranē*
8. Palpebra n. *augēglied er*
9. Capillus n. *Haar.*
10. Oculus n. *Aug, en*
11. Facies n: *Angesicht, er*
12. Nares, *Nasenlöcher*
13. Mixtaces m. *Knäbelbarth.*
14. Maxilla f. *Backe, en*
15. Genæ n. *Wang, en*
16. Os m. *Mūd, münde*
17. Labia f. *Lippe, - en v. Leftzen.*
18. Dens m. *Zahn zahn*
19. Lingva f. *Zung en*
20. Mentum n: *Kün.*
21. Craniū f. *Hirnschal en*
22. Cerebrum n. *Gehirn*
23. Collū m. *Hals häls*
24. Guttur f. *Gurgel n*
25. Pectus f. *Brust.* ✠
26. Costa f: *Rippe - en*
27. Venter m. *Bauch* ✝
28. Umbilicus m. *nabel* ✝
29. Brachium m. *arm en*
30. Cubitus *Elenbogen* ✝
31. Humerus f. *schulter n*
32. Dorsum m. *Rucken* ✠

33. Manus f. *Hand* ✠ *e*
34. Digitus m. *Finger*
35. Ungvis m. *Nagel* ✠
36. Pugnus f. *Faust* ✝ *en*
37. Pollex m. *Daum* ✠ *e*
38. Latus f. *Seit en*
39. Genu n. *Knie*
40. Crus n. *Bein er v. Knoch knochen.*
41. Pes m. *Fuß* ✠
42. Tibia n. *Schinbein er*
43. Calcaneus f. *fersche n*
44. Planta f: *Fußsole n*
45. Pellis f. *Haut* ✠ *e*
46. Cauda m: *Schwantz* ✝
48. Caro n. *Fleisch*
49. Vena f. *ader n*
50. Arteria f. *Pulsader n*
51. Sangvis n. *Blut*
52. Os, sis n. *Bein - er*
53. Medulla n. *Marcks*
54. Cervix n. *Genick er*
55. Fauces m. *Rachen*
56. Sudor m. *Schweis*
57. Cor n. *Hertz en*
58. Pulmo f. *Lung en*
59. Hepar f. *Leber*
60. Liē v. Splē m. *miltz*
61. Ren n: *Nier en*
62. Stōmachus m. *Magen*
63. Corpus m. *Leib er*
64. Intestinū m. *Darm* ✝ *er*
65. Bilis f. *Galle n*
66. Semen m: *Saamen*
67. Vesica f. *Blasen*
68. Sputum v: Saliva m. *Speichel:*
69. Lachrima m. *Zähren, en v. Thränen*
70. Sensus m. *Sinn en*
71. Visus n. *Gesicht er*
72: Auditus n. *Gehör*
73. Oderatus m. *Geruch* ✠
74. Sapor m. *Geschmack*
75 Tactus f. *berührung ē*
76 Ruga f. *runtzel n*
77 Cæcitas f. *blindheit en*
78 Claudus m. *hinekēde*
79 Cocles m. *einaugige*
80. Gibosus m: *pucklichte*
81. Gibus m. *buckel* ✠
82. Calvus m. *Kaale*
83. Debilis m. *schwache*
84. Mutus m. *stumme*
85. Macer m. *magere*
86. Surdus m. *taube*
87. Halitus m. *Athem*
88. Pumilio m. *Zwerg en*
89. Biceps m. *zweyköpffige*
90. Bigamus m, *2. weiber hat;*
91. Celeps m. *Ehelose.*

92. Caupo m. *Wirth*
93. Curſor m. *Lauffer*
94. Falcarius m. *Meder, v. Schniter.*
95. Carnifex m. *Hencker*
96. Lixa m. *Sudelkoch* ✠
97. Mucus m. *Rotz.*

Hic pro ſemper nota has cruculas in nominibus illis, quibus ſunt appoſitæ ſignificare, quòd illa nomina, ſi in *a v. o* finiantur, pluralem debeant in *e* ſi in *au* in *ai* ſi in *u* tunc in *i* terminare.

Tandem etiam univerſaliter nota, ſi Adjectiva per articulum indeterminatum *Ein aliquis* efferuntur, quòd illis debeas *r* vel *e* vel *s* addere, prout Subſtantivum, ad quod ſpectant, eſt Maſ: Fæm: v. Neut: generis, ſic v g. pro *der Taube* dices *Ein tauber ſurdus aliquis*, ſi verò adverbialiter adjectiva velis efferre *e* & *r* abjicies, ut pro *der heilige* vel *Ein heiliger Sanctus*, adverbiailiter *Heilig Sanctè* dices, & ſic de alijs.

CLASSIS III.

De varijs Virtutibus & Defectibus.

Von unterſchidlichen Tugenden und mängel.

1. Aptitudo f. *geſchickligkeit,* en
2. Aſtutia f: *argliſtikeit* ē
3. Avaritia m. *Geitz.*
4. Æqualitas f: *gleichheit*
5. Bēevolētia f. *gunſt* ✠ ē
6. Civilitas f. *höfflikeit* ē
7. Craſſities f. *grobheút* ē
8. Crudelitas f. *grauſamkeit,* en
9. Faſtus m. *übermuth*
10. Fatuitas f. *tohrheit*

11. Fortitudo f. *ſtärcke*
12. Gratitudo f: *danckbahrkeit.*
13. Humilitas f. *Demuth*
14. Inhōeſtas f. *unhöflikeit*
15. Infidelitas f: *ütreyheút*
16. Imprudentia f. *unverſtändigkeit*
17. Invidia f. *Neúd*
18. Juſtitia f. *gerechtigkeit*
19. levitas f. *leichtſinnikeit*
20. Libertas f: *Freyheút*
21. Manſvetudo f. *Samfftmútigkeit*
22. Magnificentia f. *Pracht* en
23. Miſericordia f. *Bahrmhertzigkeit*
24. Obediētia m *gehorsā*
25. Patiētia f. *Gedult*
26. Pudicitia f. *Schamshafftigkeit*
27. Puritas f. *Saubrikeit*
28. Superbia f. *Hoffarth*
29. Vanitas f. *Eytelkeit*
30. Verecundia f. *Schambaſtikeit.*

Si tam pro his, quàm alijs ſubſtantivis in *keit heút v. ung* exeuntibus ſubſtituere velis adjectiva, id efficies abjectis prædictis particulis, ut ſi ex *prudentia* nomine, quod ſignificat *Klugheút*, facere cupis adjectivum *prudens*, omittes ultimam particulam *heút*, & dices *klug*, id de alijs ōnibus ſentias velim.

Tandē ſi contrarium ſignificantia ſubſtantiva habere velis præpones eis particulā *un*, ut *Gedult patientia*, ſi velis contrarium ei proferre nimirum *impatientia*, dices *ungedult*, & vice verſa id etiam præſtabis, ut *intemperantia unmäſſigkeit*, ſi *un* abjicias, erit *mäſſigkeit temperantia &c.*

CLASSIS IV.

